



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 182. Bohemorum Oratorum postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

negotio diu deliberatum, conclusum nihil est, illis contendentibus, honoraria, quæ exegissent, nequaquam limites a Joanne XXI. summo Pontifice decretos excedere.

§. CLXXXI.

Alphonsus Felicis obsequio addictus.

Delatæ sunt Mense Octobri ad Basileensis Synodi Patres literæ, quibus Alphonsus sex regna sua Felicis obedientiæ submittebat, simulque fidem dabat, se multa alia, eaque longe ampliora præstiturum, si ad eum Legatus a latere decerneretur. Ergo Joannes de Segovia dictus Cardinalis S. Calixti hoc dignitatis gradu auctus est, dataque eidem per universam Italiam & adjacentes Insulas amplissima potestas. Præcipue eo decernebatur, ut in istis Provinciis tum Basileensis Synodi æquitatem deprædicaret, & ad obedientiam Felicis Papæ quoscunque alliceret, tum denique, ut Alphonsum inter & Renatum Andegavensem, pacis conciliatorem ageret.

Aug. Patriæ
p. 1596.

§. CLXXXII.

Bohemorum Oratorum postulata.

Ultima jam Mensis Octobris fluebat dies, cum Pragensis civitatis, & Ul-

T t 2

rici

Sæcul. XV. rici de Rosemberg, qui Bohemiæ Re-
A.C. 1441. gnum administrabat, nec non potissimum
 hujus Provinciarum Oratores Basileam
 venirent, Felicem veneraturi, cui in
 quadam generali Congregatione ad allo-
 quium admissi plenam, atque perfectam
 obedientiam pollicebantur. Præterea
 enixe flagitabant, ut Basileenses subsidia-
 riis copiis Ulricum juvarent, utpote qui
 continuo cum Hussitis bello implicare-
 tur, nec tamen eorum potentiæ resisten-
 do par esset. His reposuere Basileenses,
 Oratores ad comitia Francofordiensi de-
 cernendos, qui a Principibus Germaniæ
 impetrarent, ut Ulrico ex pecuniis, quæ
 indulgentiarum occasione collectæ erant,
 auxilio essent.

§. CLXXXIII.

*Episcopus Cracoviensis Felici
 adhærens.*

Sbigneus Cracoviensis Episcopus, quem
 Felix Cardinalem creaverat, quamvis
 jam antea ad eandem dignitatem ab Eu-
 genio evectus esset, hucusque nec Eu-
 genio, nec Felici aperte adhæsit, ratus,
 se tanto securius patriæ suæ prospere-
 cturum, quo magis a cujusvis partis
 studio alienus esset. Tandem vero mu-
 tata